


25  
280  
Sanctissimi D.N.

26

# ALEXANDRI DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VII

Confirmatio , & Declaratio Constitutionis Inno-  
centij Papæ X. qua damnatæ sunt quinque Propo-  
sitiones excerptæ à libro Cornelij Iansenij  
Episcopi Irensis , cui Titulus ,  
Augustinus.



ROMAE, Ex Typographia Reuerenda Cameræ  
Apostolicæ, M.DC.LVII.



# ALEXANDER

## EPISCOPVS

### SERVVS SERVORVM DEI.

*Vniuersis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem.*



D Sanctam Beati Petri Sedem, & Vniuersalis Ecclesiae regimen, in scrutabili Diuinæ Prudentia dispositione, nullis nostris suffragantibus meritis euecti, nihil Nobis antiquius ex munēris nostri debito esse duximus, quām vt Sancte Fidei nostræ, ac Sacrorum Dogmatum integratati tradita Nobis à Deo potestate opportunè cōsuleremus; ac licet ea, que Apostolicis Constitutionibus abundè fuerunt definita nouæ Dēcīsionis, siue Declarationis accessione, nequaquam indigant, quia tamen aliqui publicæ tranquillitatis perturbatores illa in dubium reuocare, vel subdolis interpretationib

nibus labefactare non verentur, ne morbus iste latius diuagetur, promptum Apostolicæ authoritat̄ remedium censuimus non esse differendum. Emanauit siquidem alias à fœl. rec. Innocentio Papa X. Prædecessore nostro Constitutio, Declaratio, & definitio tenoris, qui sequitur, videlicet. Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum occasione impressionis libri, cui titulus Augustinus Cornelij Iansenij Episcopi Irens̄, inter alias eius opinione orta fuerit, præsertim in Gallia, controuerbia super quinque ex illis, complures Galliarum Episcop̄ apud Nos institerant, vt easdem Propositiones Nobis oblatas expenderemus, ac de vnaquaque earum certam, & perspicuum ferremus sententiam. Tenor vero præfatarum propositionum est prout sequitur:

Prima. Aliqua Dei præcepta hominibus iustis volentibus, & conantibus secundūm præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiunt.

Secunda. Interiori Gratia in statu naturæ lapsæ nunquam restitutur.

Tertia. Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.

Quarta. Semipelagiani admittebant præuentientis Gratia interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici quod vellent eam Gratiam talen esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.

Quinta. Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudit.

Nos, quibus inter multiplices curas, quæ animum nostrum assidue pulsant, illa in primis cordi est, vt Ecclesia Dei Nobis ex alto cōmissa purgatis prauarum opinionum erroribus tuto militare, & tanquam nauis in tranquillo mari sedatis omnium tempestatum fluctibus, ac procēllis, securè nauigare, & ad optatum salutis portū pertuenire possit; Pro rei gravitate coram aliquibus S.R.E. Cardinalibus ad id specialiter sepius congregatis, à pluribus in Sacra Theologia Magistris, easdem quinque Propositiones, vt supra, Nobis oblatas, fecimus singillatim diligenter examinari, eorumque suffragia tum voce, tum scripto

scripto relata maturè considerauimus, eosdemque Magistros, varijs coram Nobis actis  
 congregationibus, prolixè super eisdem, ac super earum qualibet differētes, audiuius.  
 Cum autem ab initio huiuscmodi discussionis ad Diuinum implorandum auxilium nul-  
 torum Christi fidelium preces, tūn priuatim, tūn publicè indixissemus; Postmodum  
 iteratis eisdem feruentias, ac per Nos solicite implorata Sancti Spiritus assūlentia, tan-  
 dēm Diuino Numinē fauente ad infra scriptam deuenimus declarationem, & definitio-  
 nem. Primam prædictarum Propositionum: Aliqua Dei præcepta hominibus iustis vo-  
 lentibus, & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest  
 quoquā illis Gratia, qua possibilia fiant, temerariam, impiam, blasphemam, anathematice  
 damnatam, & hæreticam declaramus, & vti talem damnamus. Secundam. Interiori Gra-  
 tie in statu naturæ lapsæ nonquām recessit, hæreticam declaramus, & vti talem dam-  
 namus. Tertiam. Admetendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in  
 homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione, hæreticam declaramus, &  
 vti talem damnamus. Quartam. Semipelagiani admitebant præuenientis Gratiae inte-  
 rioris necessitatē ad singulos actus, etiā ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod  
 vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.  
 faliām, & hæreticam declaramus, & vti talem damnamus. Quintam. Semipelagianum  
 est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuū esse, aut sanguinem fuisse.  
 falfam, temerariam, scandalosam, & intellectam eo sensu, vt Christus pro salute dumtaxat  
 prædestinorum mortuus sit. impiam, blasphemam, contumeliosam, Diuinæ pietati der-  
 ogantem, & hæreticam declaramus, & vti talem damnamus. Mandamus igitur omnibus  
 Christifidelibus vtriusque sexus, ne de dictis propositionibus sentire, docere, prædicare  
 aliter præsumant, quām in hac præsenti nostra Declaratione, & Definitione continetur,  
 sub censuris, & poenis contra hæreticos, & eorum fautores in iure expressis. Præcipimus  
 pariter omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, alijsque locorum Ordinariis,  
 necnon hæreticae prauitatis Inquisitoribus, vt contradictores, & rebelles quoicumque  
 per censuras, & penas prædictas, coeteraque iuris, & facti remedia opportuna, iniucato-  
 ciā ad hoc ( si opus fuerit) auxilio brachij saecularis, omnino coerceant, & compescant.  
 Non intendentes tamen per hanc Declarationem, & Definitionem super prædictis quin-  
 que propositionibus factam, approbatæ vllatenus alias opiniones, quæ continentur in  
 prædicto libro Cornelij Iansenij. Datum Rōma apud Sanctam Mariam Maiorem Anno  
 Incarnationis Dominica millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, pridie Kal. Lunij  
 Pontificatus Nostri Anno Neno. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli iniurianti Li-  
 li prædictas quinque Propositiones, vel in libro prædicto eiusdem Cornelij Iansenij non  
 repertiri, sed hæc, & pro arbitrio composita esse, vel non in sensu ab eodem intento  
 damnatas fuisse, afferere magno cum Christifidelium scando non reformident. Nos,  
 qui omnia, quæ hac in re gesta sunt, sufficienter, & attente perspeximus, vt potè qui eius-  
 dem Innocentij Predecessoris iussu, dum adhuc in minoribus constituti, Cardinalis mu-  
 nere fungemur, omnibus illis Congresibus interfuimus, in quibus Apostolica authori-  
 tate, eadem causa discussa est, ea profectò diligentia, qua maior desiderari non posset,  
 quæcumque dubitationem super præmissis imposterum auferre volentes, vt omnes  
 Christi fideles in eiusdem fidei unitate se se cōtineant, ex debito nostri Pastoralis Officij,  
 ac natura deliberatione, præinsertam Innocentij Predecessoris nostri Constitutionem,  
 Declarationem, & Definitionem, harum serie confirmamus, approbamus, & innouamus,  
 & quinque illas Propositiones ex libro præmensorati Cornelij Iansenij Episcopi Ipre-  
 nensis, cui titulus est Augustinus excerptas, ac in sensu ab eodem Cornelio Iansenio intento  
 damnatas fuisse, declaramus, & definimus, ac vti tales, inuita scilicet eadem singulis nota,  
 quæ in prædicta declaratione, & definitione vnicuique illarum singillatim inuritur, ite-  
 rum damnamus, ac eundem librum sape dicti Cornelij Iansenij, cui titulus, Augustinus,  
 omnesque alios tam manuscriptos, quam Typis editos, & si quos forsitan imposterum edi-  
 con-

contigerit, in quibus prædicta eiusdem Cornelij Ianfenij Doctrina, ut supra damnata defenditur, vel affruiatur, aut defendetur & astringitur damnamus itidem, atque prohibemus. Mandantes omnibus Christifidelibus ne prædictam Doctrinam teneant, prædicent, doceant verbo, vel in scriptis exponant, vel interpretentur publice, vel priuatum palam, vel occulte imprimant, sub poenis, & censuris contra Hereticos in iure ex prefatis ipso facto absq; alia declaratione incurris. Præcipimus igitur omnibus Venerabilibus ratiis nostris Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, Episcopis, et tertique locorum Ordinariis, ac hereticæ prauitatis Inquisitoribus, ac iudicibus Ecclesiasticis, ad quos pertinet, ut præmieratam eiusdem Innocentij Prædecessoris Constitutionem, declarationem, ac Definitionem iuxta præsentem nostram Determinationem ab omnibus obseruari faciant, ac inobedientes, & rebelles prædictis poenis, alijsque turis, & facti remediis, inuocato etiam si opus fuerit brachii secularis auxilio, omnino coercant. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Decimo septimo Kal. Nouembris, Pontificatus Nostrri Anno Secundo.

I. Card. Prodat.

G. Gualterius.

Visa de Curia. P. Giampinus.

*In Nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate eiusdem Domini Nostri IESV CHRISTI millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto Indictione nona Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. ALEXANDRI Divina Providentia Papæ VII. Anno eius Secundo, Dio vero septima mensis Nouembris retrascripta litteræ sub Plumbo expeditæ, affixa fuerunt ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, Cancellaria Apostolice, ac alijs locis solitis, & consuetis Verbis, per me Petrum Paulum de Graffis Apostolicum Curseorem.*

Pro Magistro Cursorum Jacobus Cornelius Cursor.

22. 8<sup>o</sup> Montenegro e Dellezione con mi. iudicio